

CENSURA

D. D. JOSEPHI MOLINER ET POUDEVIDA,
J. Cti. Rectoris Collegii Conceptionis B. Mariae Virginis,
& Institutionum Justinianearum in Alma Universita-
te Cervariensi Pub. Professoris.

Commentarios, quos ad libros Questionum Q. Cervidii Scævo-
le scripsisse fertur J. C. D. Joannes Altamiranus, ex commis-
sione Perillustris D. D. Bartholomæi Tarragò, Vic. Gen. &
Offic. Cœlsonen. Sede vacante, lustravi Iubens, ac eō avidiore perlegi
voluptate, quo cum privatis delitescere chartis cognovissem, tenacior
occultandi arserat ambitio. Sed voti compos, dum Scævola in peritra-
ctandis, definiendisque Juris questionibus dexteritatem, ac divinum
penè demiror ingenium; Auctoris in earundem perscrutandis rationi-
bus, sententiisque exponendis par agnoso judicium. Quippe sensa le-
gum certissimis super principiis ea construit arte, ut si balim intuear,
nihil solidius; si consurgentis ædificii subtilitatem cum perspicuitate
conjunctione mediter, nihil inveniatur concinnius. Æmulatus abs dubio
Virum primarium, ac consummatissimæ eruditionis Gallum, Jacobum
Cujacium, qui dum ad textuum adyta viam sternens fundamenta ja-
cit, plus in cuiusque interpretationis vestibulo effundit doctrinæ, quam
integris commentariis Interpretum plerique, trahendis difficultati-
bus, cavillisque ciendis adeo addicti; ut tricarum omnium quasi mo-
ta camarina, in obscurandis potius, quam revelandis legum mysteriis
omnes ingenii sui nervos intendisse videantur. Dicendi ratio non in-
elegans, neque fucata, sed prout Iuris scientiæ decet majestatem,
pura, gravis, & ad veterem Latini sermonis nitorem propè exacta.
Ingenium acre, & solers, eoque pollens acumine, ut dum se se textuum
medullis insinuat, nulla sit difficultas, quam ingenii sui non excitet
perpicacitas, nulla, quam excitata in dexterima ipsius non diluat cri-
sis. Auctorum parvi pendet traditiones: quoniam rationum momen-
ta cum ad judicii trutinam tanta revocet solertia; in prægnantiore,
quæque præ ceteris pugnat urgentius, solum conquietcit. Humanioris
etiam litteraturæ vividas quandoque evibrat scintillas, quæ sicut operi
miram conciliant gratiam, ita cultissimum in Auctore ad majora mo-
lienda omni sciæ eruditionis præferunt paraturam. Quæ Scævola de-
nique concepit, tam germano exprimit charactere; ut in his edisse-
ren-





D. JOANNIS ALTAMIRANI
ET VELAZQUEZ, JURIS CONSULTI,
AD XX. LIBROS QUÆSTIONUM

Q. CERVIDII SCÆVOLA
COMMENTARIUS.



De Q. Cervidio Scævola, ejusque scriptis
SUMMARIUM.

Cero. Scævola quo tempore floruerit. M. Antonino Pbi-
lesopho fuit à consiliis. Lux adfertur I.
ult. de ferr. export. & l. qui Romæ 22. §.
Flavius 2. de V. O. & conciliantur cum
I. Paulus 39. de liber. cauf. l. pen. qui
sine manumiss. l. 10. de in jus voc. Ex-
ponitur l. vero 12. de minor.
3. Scævola prænomen Quintus: no-

men Cervidius, non Servilius: cog-
nomen Scævola.
3. Scævola ingenio magno, Jureconsa-
ultorum prudentissimus, Coryphaea
Legum Prudentum: Ejus auditores
Papinianus, Ulpianus, Paulus, Trig-
phoninus. Lampridii error.

4. Scævola opera.



MPERABAT Marcus Aurelius Antoninus cog-
nomento Philosophus, quo tempore Cervi-
dius noster floruit, nam ejus auctoritate de-
cilionem l. 39. de legat. 1. confirmat; & eo
principiè Consulto Divum Marcum usum, fa-
tetur Capitolinus in eius vita; imò & eo im-
& Commodi rescriptum ad Aufidium Victorinum, cuius sapissime
men-

D.D. JOANNIS
ALTAMIRANI
ET VELAZQUEZ,
LUSITANI, JURIS CONSULTI,
& in Salmanticensi Academia Juris Pontificii
Primarii Antecessoris.

IN PRIMOS XIII. LIBROS EX XX. QUÆST.

**Q. CERVIDII SCÆVOLÆ
COMMENTARIVS:**

OPUS POSTUMUM, NUNC PRIMUM
in lucem editum, adjectis Summariis, ac gemino
Indice, altero Legum explicatarum,
Rerum, & Verborum
altero.

C E R V A R I Æ:

Typis Academicis, excudebat EMMANUEL IBARRA,
Anno M. DCC. XXXIX.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U.

D. D. JOANNIS
ALTAMIRANI
ET VELAZQUEZ, J.C.
IN LIBROS QUÆST.
Q. CERVIDII SCÆVOLÆ
COMMENTARIVS: